



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Irregularitas incurritur, tam ob membri incisionem, quàm per homicidium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- Et sine peccato, vel hominem occidit, vel membrum abscindit, aut occidere, vel abscindere facit, est irregularis, adeo, quod, nec ordinari, nec in susceptis ordinibus ministrare permittatur, *cap. clericis, cap. sententiam sanguinis, ne clericus, vel monachus, & Greg. Sayr, in cap. 15, nu. 1, lib. 6,*
- 18 Quia ¶ ordines omnes inferuntur ad 23
Eucharistiae sacramentum, in quo representatur passio CHRISTI, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem suum pro hominibus fudit, & cum percutiebatur, non comminabatur, unde ministri altaris CHRISTVM representantes potius parati esse debent proprium sanguinem fundere, quam aliorum,
- 19 Sacerdotes ¶ autem homicidæ magis 24
representant interfectores CHRISTI, quam ipsam CHRISTVM, & propterea quæcunque occisio hominis, aut membri mutilatio, constituit facientem irregularem, ob defectum mansuetudinis, quæ reperiri debet in ministro CHRISTVM representante, S. Thom. 2, 2, *quest. 40, artic. 2, Navar, eod. cap. 27, num. 206, & Gregor. Sayr, d. quest. 15, num. 2,*
- 20 Et regulariter ad irregularitatem ¶ in-
currendam in hac specie requiritur, ut actu fiat hominis occisio, vel membri mutilatio, seu abscisio: quia in hac materia, quoad irregularitatem, æquiparantur homicidium, & membri abscisio, *gloss. in cap. fin. in verb. nota quod de homicid. in 6. & gloss. in clemen. unic. in verb. mutiler. & ibi Abb. num. 4. & Sayr, ubi supra num. 3.*
- 21 An autem ¶ per mutilationem intel-
ligatur debilitatio ita, quod satis sit ad hanc irregularitatem incurrendam membrum alterius debilitari ex vulnere, aut percussione, vel incussione nervorum ita ut reddatur ineptum membrum ad usum ordinis; cum paria ¶ videantur non esse, & inutile esse, & de similibus idem iudicium sit habendum, *cap. 2, §, sicut ergo de translat. Episc,*
- 23 Et ¶ paria sunt ecclesiam non habere Prælatum, & habere inutilem *dist. cap. 2, §, sed neque, Pariaque sit uxori non habere virum, & patri non habere filium, & inutilem habere, ut per gloss. in l. fin. in verb. orbitates, C. ad l. flau. de plag.* Et quod sufficiat ad irregularitatem incurrendam debilitare membrum alterius, tenet Abb. *in capit. cum illorum, num. 8, de sentent. excommunicat. & Grass. lib. 2, decis. cap. 61, num. 3, par. 1,*
- 24 Verior tamen opinio, ¶ est, quod ad irregularitatem incurrendam non sufficit debilitatio: quia per mutilationem in jure intelligi debet membri amputatio, cum membrum debilitatum non desinat esse membrum, *capit. sicut urgeri, 1, quest. 1, Et mutilatio proprie, & strictè sumpta sit amputatio membri, ut per gloss. in cap. accusasti, in verb. debilitatus, & ibi Abb. in fin. de accus. idem Abb. in cap. 1, num. 9, qui clericus, vel vov. & Felyn. in cap. inter cæteras, num. 8, de rescript. Quodque per debilitacionem membri irregularitas non incurritur, consulit Austr. ut in addit. ad decis. 8. Capell. Tolosa.*
- Quia, cum non reperiat ¶ iure cautum, quod debilitatio inducat irregularitatem, in pœnis mitior interpretatio, & strictior est facienda, *cap. odia, de reg. jur. in 6. & Abb. in d. cap. 1, num. 9. Navar,*